



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 38. Sessio ad deimum quintum Junii diem prorogata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

**Sæcul. XVI.** in Patrum sententiis Episcopos Titulares, qualis ipse esset, ac si in conferendis Ordinibus, aliisque functionibus ipsi Episcoporum munia non exercentur. His adjecit, quod nunquam sibi, dum pergeret ad Synodum a Pio IV. convocatam, atque administratam ab hismodi Legatis, & ex iis tam præclaris Patribus conflatam, in mentem venerit, se ab illis tanquam membrum inutile haberi.

## §. XXXVII.

*Moronus Cardinalis Oeniponto Tridentum reversus.*

*Pallav. n. 11.*

Cum interea hæ congregations haberentur, Moronus Cardinalis die decima septima Maji Oeniponto Tridentum venit, eademque die cuncta, quæ cum Cæfare transegisset, ad Cardinalem Borromæum perscripsit, addidique, quod potissimum suæ legationis emolumentum fuerit optima opinio, quam Ferdinandus Cæsar de summo Pontifice, ejusque sincera mente concepisset.

## §. XXXVIII.

*Sessio ad decimam quintam Junii diem prorogata.*

*Pallav. n. 12.*

Sequenti die decima nona ejusdem Mensis habito conventu Patres liberabant, qua demum die Sessio celebra-

lebraretur: cum autem res ibidem pro- Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
ponendæ nondum satis essent discussæ,  
ac pro illis plene perficiendis nullum  
certum tempus præfigi posset, unanimi  
suffragio sancitum, rem esse differen-  
dam ad decimam quintam Junii, in qua  
certa proximæ Sessionis dies statuere-  
tur, spe concepta, quod tum omnia  
articulorum examina penitus absoluta  
forent, ac pace inter Patres revocata  
Oratores quoque suarum petitionum  
asperitatem moderaturi essent.

## §. XXXIX.

*Hispaniæ Orator in quodam Patrum  
conventu exceptus.*

Die vigesima prima Maji Lunensis Co- Pallav. l. II.  
mes Hispaniæ Orator ad Synodum cap. i. n. i.  
admittebatur, qui utroque Cæfaris Ora- Pjal. p. 389.  
tore stipatus, atque ad Patrum con- Mem. pour  
sessum introductus Regis sui literas die Conc. de  
vigesimali Octobris anno priori datas una- Trente  
cum plena agendi facultate exhibuit, pag. 438.  
ubi perfectis hisce literis Orator hunc  
in modum perorabat: „Etsi mihi ut tali  
„Oratori, hic & alias, & in hoc con-  
„fessu locus debeatur, qui primus est post  
„Imperatoris Romani Oratorum Sedes,  
„prout ante omnia testificor, ac  
„protector: verum cum hic locus, &  
„ea causa, de qua agitur, tempusque  
„etiam ipsum, & Respublica sit hujus-  
„modi